

Si que vidua quantumlibet in minoribus adhuc annis posse se devoverint Domino, & vestre laicali obiecta, sub testimonio Episcopi & Ecclesie religiosa habitu apparuerint: potestea vero ad nuptias faculares transferint, secundum Apostolum damnationem habebunt; quoniam fidem castitatis, quam Domini voverunt, irritam facere ausa sunt. Tales ergo persona sine Christianorum communiione maneat, que etiam neque in convicio cum Christianis communicent.

Hoc idem Concilium can. 12. de Virginibus consecratis testatur specialibus amiciri vestibus, professioni earum, & sanctimonie aptis. Hoc ipsum significat Hieronymus scribens ad Marcellanum de laudibus Aelia, de qua haec predicit: *Tunicam fuisse meam, quam a matre impetrare non poterat induita pio negotiorum auspicio, se repente Domino consecrata; ut intelligeret universa cognatio, non posse aliud ei excorquiri, que sacrum iam dannasset in vestibus.* Idemque ad Gaudientum de Paternale educatione: *Solent quedam cum futuram virginem spounerint, pulla tunica eam induere, & furvo operire pallia, auferre linteamina.* Principum vero consecrations virginum insigne fulgebat in capite: per omnes tere Occidentis Ecclesias, solemni ritu Virgines consecrabantur ab Episcopo impositione vel supra Virginis caput. Hoc ritu consecratam fororum suam Macellinam Virginem a Liberio Romano Pontifice prodit Ambrosius lib. 3. de Virg. Idemque scribens ad Virginem lapsum c. 5. *Non es memorata (inquit) diei familiæ Dominicæ resurrectionis, in qua divino diari te obtulisti velandam. In tanto itaque solenitate conventu Ecclesia Dei, inter lumina illa splendida, inter candidatos regni celestis quæ regina Regi nuptura processeras.* Et aliquanto post: *His tunc in illo die consecrationis tua dictis, & multis supra castitatem tuam preconis, sacro velamine testa es.* Hieronymus præterea sic scribit ad virginem Demetriadem: *Scio quid ad imprecatiōnē Pontificis flammam virginalē sanctū operuit caput.* Idemque ad Sabinianum viiitatem a se Virginis reum: *Post Apostoli Petri Basilicam, in qua Christi flammæ conferata est.* Alicubi tamen mitra vel cedars capiti virginis ab Antiste consecratorie imponebatur, ut liquet ex his Optati verbis exprobantis Episcopo Donatistis stuprum sacrilegium, quod Virginis se consecrata intulerat: *Cui mitram ipse impoferat, & qua pater ante vocabatur.* Et addit: *Mitellam hujusmodi de iana fieri purpure tincta, idque esse spirituale subiectum genus, ad indicium ne qui sponsabat, perseveret petere, aut raptor audeat violare.* Hujusmodi tegumen capitis fuisse acuminatum, & fastigiatum, colligo ex his Palladii verbis historie Lusiace cap. 41. *Virginum hujusmodi erat habitus, ut esset tonsa & cincinnata, taphis ritev ἡ σχῆμα ἦν κεκρυπτόν οὐκέτι τοῦ νεαροῦ.* Erat istud Monasterium Tabennasatarum quadrangularium Monialium in Thebaide Ægypti regione Æthiopiz contermina. Est vero Mitra originis Perïcia vocabulum. Ex mitra dependebant tamē seu redimicula ad alligandum sub mento istud capitum operimentum, quorum species aliqua restat in appendicibus duabus mitrarum Episcopali. Aeneid. lib. 8. habitus deficribit. Aeneas, ejusque Phrygii coinitatus:

Et tunica manicas, & habens redimicula mitra.

De tonsura Monialium in monasteriis Ægypti & Syria, fidem facit Hieronymus epist. ad Sabinianum.

DISSERTATIO & APPENDIX.

Ad Canones ordinationum præcedentis Concilii Carthaginensis.

1. **P**leraque nonnullorum Scholasticorum Theologorum conclusiones hanc fatis convenire compertæ sunt cum usibus veteris Ecclesie tam Latina, quam Græcanice. Cum enim illis usus necfaret, nec fatis versati essent in canonibus præcepta disciplina, potestatem quam Christus Ecclesia sua in re Sacramentaria contulit ampliorem, arctioribus limitibus coarctauit hoc ipso, quod omnia reduxere ad sui temporis Rituales, quos existimarent divina & immutabili ab usque nascientis Ecclesia eunabulio deducta institutione, atque usu inconcuso roboratos. In primis multi eorum asseruerunt, ad sacramenti penitentia validitatem ac essentialiam necesse prorsus esse, ut absolvendi forma personam connotet Sacerdotis, hoc solo fulti argumento, quia rituales libri usum hujus Sacramenti præscribentes, in Latinis Ecclesis vocem primæ personæ usurpat. Hoc vere quidem & provide; nihil tamen de necessitate Sacramenti definitur. Huic quoque rationi congrue qui-

dem, sed non absolute necessitatibus insistendum duxerunt, quia scilicet ejusmodi usus proprius accedit ad judiciorum humanorum formas, in quibus judices decernentes, suas exprimere solent personas. Et tamen innumeris constat Sanctorum Patrum, tum Latinorum, tum Græcorum testimoniis, olim in absolvendis penitentibus, sanctam Ecclesiam verbis usam deprecavitis, nulla adjuncta persona absolventer expressione, Græcoque etiam orthodoscos, approbantes Latina Ecclesia, usus suis, & adhuc uti precibus pro ipsam absolucioni formula, Arcadius quidem apud Græcos diutissime versatus, unicam profert paucis Græcis usitatum, nec ita pridem, sed nuper a Ruthenis acceptam formulam, nec nisi post instauratum ultimum schisma natam, *ἐχος εὐχαριστησαι καὶ λαύνειν, habeo te condonatum & absolutionem;* sed ipse fatetur Arcadius recens natam, nec in ullo meliori note Euchologio aut Sacramentario alias reperi quoniam deprecatoria absoluciones, in Concilis generalibus Lateranensi, Lugdunensi, Florentinoque approbatas, in quibus redintegrata fuit Græcorum cum Latinis Ecclesis pix & concordia: tametii novam hanc formulam, post ultimum schisma procusam, magis approbet scriptor nuperus apud Græcos schismaticos Gabriel Philadelphienus in suo de Sacramento opusculo, hac inductus ratione, quia judiciariam auctoritatem plus radolet. Ipse tamen fatur Arcadius lib. 4. de concordia Ecclesie Orienti, cum Occid. cap. 3. hanc absolutionem apud Græcos esse Neotericanam paucis usitatum, nec in Euchologiis totis ab Ecclesia Romana confirmatis repetiri. Absolutionem vero tam apud veteres Latinos, quam apud Græcos, non nisi deprecatoria extitit confirmant peritissimi scriptores Hugo Menardus Ordinis Benedictini in notis ad Sacramentario Gregorian. Joann. Morinus Oratori Domini JESU Presbyter lib. 8. de Pœnitentia, cap. 8. & seqq. & alii: qui præter luculentia ceterorum Patrum testimonia, quæ proferunt, ostendunt Leonem Romanum Pontificem, quoties de Sacramentali reconciliatione loquuntur, non aliis rebus eam attribuere quam pœnitentium confessioni, & Sacerdotum supplicationibus ac precibus. Etenim in ep. 87. ad Theodorum Foroijalensem Episcopum, ter hoc ipsum inculcat dicens cap. 2. *Sic divine bonitatis praefidii ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus Sacerdotum neque obtineret.* Et cap. 3. ibid. *Si quis autem eorum pro quibus Domingo supplicamus. Et subinde: Multum enim uile ac necessarium est, ut peccatorum reatus ante ultimum diem Sacerdotali supplicatione solvatur.* Idemque epist. 80. alias 136. Sufficit illa confessio, que primus Deus afferatur, tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis penitentium precator accedit. Idemque epist. 139. cap. 1. *Reconciliando Deo per Ecclesia preces infanter acquiras.* Profet vero præfatus etiam Morinus euchologia diversa & ritualia omnium fere Ecclesiarum Orientis, & quod caput est, Latinorum generalibus Concilii & summorum Romæ Pontificum decretis approbata, quibus, quotquot in Orientis plagiis existunt Christiani, etiam nunc communiter utuntur, post Occidentalium unionum decreta, & usi fuerant, antequam schismata supervenient, Græci, Armeni, Syri, Maronites, in suo eruditissimo de Pœnitentia Operi. Hæc si Theologi novissimorum secularium rescripsent, alter procul dubio docuerint. Enim vero cum S. Thomas in 4. dist. 3. art. 2. ad 1. Paludanus ead. dist. quæst. 1. quæsto 3. aliique communiter, ex eo quod Græcorum Ecclesia inter baptizandum vocem usurpat, non quidem ut illi existimat, Baptizetur, sed ut revera sit, *Baptizatur Christi servus,* inferant & concludant non esse absolute in baptismo necessariam personam ministri expressionem; pari argumento docuerint, nec esse necessariam in sacramento penitentia: quoniam, ipsorum pariter astate, Græci suam non enunciabant personam, dum penitentis nubus peccatorum absolvebant.

2. Eadem ipsa ratione, si Doctoribus Latinis innuissent approbatissimi a Romana fede Orientalium nationum diverse lingue cum Romana Ecclesia communificantur ritus, & præzes ordinationis, his indubitate venerationem & confessum detulissent, nec in eas deyenissent assertiones, ex quibus sequatur, si veritate nitantur, Orthodoxos Orientales omnes fuisse toti faculis ab Ecclesia Romana delusos, que non tantum eorum ritus accurate exploratos comprobavit, sed etiam illos propriorum rituum observantia sic adstrinxit: ut lethalem contrahant noxam, si velint in propriis Ecclesiis ritu Latino ministrare. Ex quo id pariter sequeretur vel cogitatu horrendum, nullos penes ipsos fuisse Episcopos, Presbyteros, nullum Eucharistiam, nullum penitentia Sacramentum, neque Confirmationis, neque Extrema Unctionis; quia scilicet nulla fuisse Sacerdotum ordinatio, a quibus possint cetera præter baptismum adiunctrari Sacramenta. Quicimmo neque pluribus faculis apud Latinos ipsos sub felicibus Sanctorum

Dissert. & Appendix ad Conc. Carth. IV.

tem in Ecclesiis Latinorum ad sacrarum ordinationum essentialiam perfidere volunt.

3. Romani Pontifices Leo IX. Celestius III. Innocentius III. simulque Concilium Lateranense sub eodem IV. Innocentius IV. Alexander IV. Gregorius X. & sub eo generale Concilium Lugdunense secundum, Concilium pariter Florentinum, quod anno integro sub Eugenio Papa IV. Græcanicam religionem ejusque ritus accurate exploravit, examinavitque ad amissum: & insuper Clemens VIII. qui Græcos Roma collegio a se magnifice fundato cum Ecclesia Sancto Athanasio dedicata donavit, ut inibi Græco ritu divina ministarent, quia sua constitutione 34. quæ in Bullario tom. 3. edita, ut Roma commemoret Græcus Episcopus Catholicus, qui Græcus prius rite probatos Græcanico ritu ordinat. Iti inquam omnes Græcorum ritus & ordinaciones confirmarunt: & quoties clerici Græci de schismate revertuntur, tametsi fuerint a schismatis Episcopis ordinati, ad sacram ulterius ministerium admittuntur, nullatenus iterata quæ in schismate præcesserat, ordinatione. Posteriores demum, qui Rome versabantur, Latini Theologi, perspectis inibi factis Græcorum clericorum ab Episcopo Græco ordinationibus, & observantes nullum fuisse promotis ad Sacerdotium & Diaconatum porrectum calicem ac patenam, rem denum majori sedilitate exploraverunt: atque antiquiores Græcos Latinæque ordinationis ritus cum Græcanicis horum temporum consentire prospexerunt, seduloque investigarunt rationes conciliandi Græcanicos usus, tam maiorum summorum Pontificum & sacrorum Conciliorum approbatione suffulitos, cum Latinis horum temporum, ac presertim cum Eugenii IV. decreto ad Armenos, in quo gravioris difficultate cardu vertitur.

4. Ita aliisque varietatibus perspicuum fit, Ecclesiam non esse, aut fuisse invariabilibus & immutabilibus formis in quorundam Sacramentorum ministeriis astriccatum: sed ritus diverso pro locis & temporibus approbatos, cum intentione ministrorum a Christo Domino instituti Sacramenta pleraque confecisse. Antiquissima, quæ legitur in Sacerdotum ordinatione, calicis & patenæ exhibito, legitur in Romani ordinis libello, quem Alcuinus, Caroli Magni preceptor, alicubi commemorat. Hic enim libellus part. 2. refert, non solum ab Episcopo manu illis imponi, qui Sacerdotio augurantur, manusque ejus qui ordinatur inungi, sed etiam calicem vinum aqua mixtum continentem, & patenam cum pane tradi, simulque ista eidem enunciari: *Accipe potestatem offere Sacrificium Deo, missamque celebrare tam pro vivis; quam pro defunctis.* Morinus suo in opere de sacris ordinationibus, instruit peritiosos neque unquam antea typis exegitos ordinationum Rituales, ex Vaticana aliisque illustribus bibliothecis erutos, necnon librum Syriacum ordinationum Maronitarum, qui fuerit haec tenus Libani montis accolte, quorum fidem & factos ritus jampridem Romana probavit Ecclesia. Ita aliisque recentis manuscriptis ritualibus, non aliter enunciant ordinarii Sacerdotes & Diaconi quam manus impositione, & solemnibus quibusdam precibus, nihilque aliud ordinando porrigitur quam Evangeliorum codex, ut ipsum diligenter perlegat. Nec dissimiles sunt Armenorum, eorum qui cum Romana Ecclesia communicant, ordinationum ritus ac observations, quorum sacris ministeriis exercendis summi Pontifices Ecclesiam intra Romanam conceferunt tituli sanctæ Mariae Ægypti prope Tyberim. Quin etiam in actis Apostolorum, & 1. Timoth. 4. nihil de sacra ordinatione præscriptis: cui tamen Occidentis Ecclesie aliam speciem adjungi precepere, quæ ipsa est instrumentorum traditio, potestate quidem a Christo derivata, sed tamen determinabili per Ecclesiam, cujus usum arbitrio & institutioni committit Ecclesie, sive eam dicat partem materia essentiali, sive designat ut conditionem appositam sine qua non: quemadmodum videmus in Sacramento matrimonii, materiam quidem ejus immutabilem genericam & a Christo determinatam esse matutum maris & femine ad nuptias consensum extra primum affinitatis aut cognitionis gradum, ceteros autem gradus relinquat arbitrio Ecclesie sue designandos, ita ut aliquando fuerit matrimonium nullum ac invalidum intra septimum gradum; aliquando duntaxat intra quartum: utcumque dicas, sive partem speciale materiam, sive conditionem sine qua non, ab Ecclesia ipsa determinabilem; hac responsione plene satisfit objectioni, quæ formari potest ex decreto Eugenii de ordinationibus ad Armenos, quos pellit studebat ad ritus Romanae Ecclesie. Eademque ratione difficultatem enodat ac solvit Bellarminus, secundum quam obici potest fuisse ab Ecclesia immutatam facri Ordinis Diaconatus materiam, quæ nunc stat in traditione libri Evangeliorum, cum tamen indubitate sit ipso primo nascientis Ecclesie anno fuisse Diaconos septem, sola manum impositione ordinatos, multosque alios Diaconos in illis exordiis crescentis Ecclesie fuisse passim consecratos, antequam ullum conscriptum esset Evangelium: horum enim primum ab Apostolo Mattheo fuit editum anno a natali Christi, ut suppetat Baronius, quadragesimo primo, atque adeo anni septem a defensione Spiritus sancti in discipulos. Quamquam Irenæus lib. 3. cap. 1. refundat longe posterius Evangelii secundum Matthæum confirmationem, ad tempora quibus Petrus & Paulus Romæ prædicabant: quod videtur referendum ut minimum ad annum Christi sexagenimum.

5. Quinetiam fieri potest, ut sola manum impositionem Orientalibus essentiali, ceteraque in ipsorum ordinationibus adhiberi solita sint ceremonia: tantum accidentiarum ceremoniam; adeo ut sola essentialis materia sit penes illos Chirothesia, quam intentio ministri & superaddita verborum formæ ad hunc vel alterum determinent Ecclesiastici Ordinis gradum: cum e diverso illa manu imposi-